

1515<sup>o</sup> a. 21. Octobr —

543

Sigismundus Primus Rex Poloniae  
Vladislao Regi Hungariae —

137

Sempe etiam —  
Iam miseramus Cubicularium nostrum, ad  
Vestram in idem in negotio Matrimonij Illius  
Germaniae nostrae, cum redire fuerit nobis  
Litterae Venerabilis Michaelis Praepositi Ec-  
clesiae S<sup>cti</sup> Stephani Trigoniceus, Physici Ve-  
stre in idem. In quibus eadem legimus, quae Ve-  
stra in idem suis ultimis litteris, ad nos scribe-  
re dignata est, nec possumus intelligere, eo  
Responsio Caesarea in idem Romanorum, certi  
aliquid, et ut prius scripsimus Vestre in idem par-  
va, vel potius nullae spes nobis est, eam rem  
cum eadem in idem Caesarea, ad effectum posse  
deduci, multaque urgent, nos simul cum Vestra  
in idem, ut aliquem finem in negotio Eiusdem  
Illius Germaniae nostrae faciamus, Cuius das  
profecto sine accusatione nostrae, nequaquam  
ulterius negligi potest —

Et quoniam instant Dies Conven-  
tūs Generalis Regni nostri, quae habituri sumus

in Piotrow pro-

in Siotrkow pro Festo Scti Apostolorum Simonis  
et Jude, habito, consilia, cum aliquibus  
Principibus Consiliariis, quidquid nobis ad  
finem faciendum videbitur, pro necessitate  
ejusce negotij significabimus, ut optavit sine  
aliqua mora Vestra mudi, Vehementi enim  
Desiderio tenemur, ut par est, quò tandem pro  
officio utriusque nostrum, statui Eiusdem Illu-  
strissime Germanice nostre consulatur. In quo  
affectu Vestram quoque mudi positam esse  
certo scimus. Cui nos plurimum, et ex animo  
commendamus, et quam valere, cum suis De-  
renimilibus liberis, nepotibus nostris Charissi-  
mis, incolumem et felicem semper optamus.  
Dada Cracovie Die Vigesima Prima men-  
sis Octobris — Anno Domini Millesimo Quin-  
gentesimo Decimo Quinto —

